

et consignari comerclarijs supra Crete a M usque ad MD yperperis de illis que sunt ordinata teneri in deposito pro facto frumenti, ut ex illis, ipsi comerclarij facerent expensas oportunas, pro eorum offitio, quas expensas ipsi scribere tenerentur et de ipsis duche et consiliarijs omni mense fecerent rationem, ut melius et clarius rationes dicti offitij uideri possint et sciri, et quod fecissent hoc fieri non obstante capitulare dictorum comerclariorum, continens quod omni hebdomada tenerentur dare camerarijs Crete pecuniam quam habent. Capta fuit pars quod respondeatur dictis duche et consiliarijs, quod simus contenti, et libertatem eis damus, ordinandi et faciendi in facto predicto sicut eis utilius apparebit, et commerclarijs mandent quod debeant obseruare quod per dictos rectores in premissis fuerit ordinatum. Et si consilium etc.

3

Δίδεται πληρεξουσιότης εἰς τὸν Δοῦκα Κρήτης, τοὺς Συμβούλους καὶ τὸν ρέκτορα Ρεθύμνης, ὅπως ἀποφασίσωσιν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως τῶν Ἰουδαίων Μαυριστήρη καὶ Σαμπάρκα περὶ οἰκοδομῆς ἐπὶ οἰκοπέδου τῶν θυγούσης τὰ παλαιὰ τείχη τῆς πόλεως Ρεθύμνου. 1333, Ἰουλίου 17.

F^o 20^{to} N^o 156. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XVII Julij.

Libertas data Duche et consiliarijs Crete et rectori Rethimni, super questione et factis Singiaci Mauristiri Judeo de Rethimo ex una parte, et Sambarcha Judeo ex altera.

Cum foret concessum Singiacho Mauristiri Judeo de Rethimo nostro fideli, per nobiles uiros qondam Johannem Cornario et Marcum Sanutum olim rectores Rethimni, quiddam terrenum positum extra burgum Rethimi super quo idem Singiacho possit facere laborari etc. et sua laboreria tanguntur muros ueteres burgi Rethimi, quia notificatum fuit dominationi, quod si dicta laboreria tanguntur muros ueteres burgi Rethimi essent deliberatas dicti loci, foret auctoritate huius consilij mandatum, ser Andree Maripiero rectori Rethimi, quod taliter faceret quod dicta laboreria non tanguntur dictos muros, etc.

Uadit pars, quod totum dictum factum, et de fenestris et de laborerijs committatur nostro duche et consiliarijs Crete, et rectori Rethimi, qui examinent supradicta, et ea modificent, et super ipsius loci Rethimi uiderint conuenire, non obstantibus quantum in hoc eidem Singiaco aliquibus concessionibus de fenestris, nec allijs nec aliquo nostro precepto seu ordinatione facta per nos, uel aliquem nostrum rectorem in predictis, uel aliquo predictorum. Et id quid predicta per maiorem partem eorum, modificauerint, diffiniuerint, terminauerint, declarauerint, disposerint, ordinauerint et signauerint super inde, perpetuam habeat firmitatem, quibus ducha, consiliarij et rectores mittatur etc.

Et si uidebitur eisdem duche et consiliarijs utile pro facto unus eorum, ire debeat personaliter usque Rethimi ad uidendum omnia supradicta, ut hec possint utilius diffinire et ille qui uadat, uadat ad expensis partium ad quos spectant omnia supradicta.

4

Λίδεται ἐξουσία εἰς τὸν ρέκτορα Χανίων, ὅπως ἀνταλλάξῃ τὸ οἰκόπεδον τοῦ ἐκ Χανίων Περατίου Γραδονίκου, διότι, ἐὰν τοῦτο κτισθῇ, θὰ κατελάμβανε πρὸς νότον μὲν τὸ παλάτιον, πρὸς βορρᾶν δὲ τὸν ναὸν τοῦ Ἀγίου Μάρκου. 1333, Ἰουλίου 26.

Fo 20to N° 158. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XXVI Julij.

Libertas data rectori Canee super cambio faciendo cum Peratio Gradonico, habitatori Canee qui habeat pecium terre sibi scriptam in catastico, quam eleuari uolebat, et ser Bertucius Grimani noster rector ibi uidetur ipsam terram si eleueretur occupare in totum palatium et ostium etiam dicti palatij cum fenestris prospicientibus, ac etiam ostium Ecclesie Sancti Marci ex parte boree et propterea tractauerit noster rector predictus, cum dicto Peratio Gradonico, cambiandi et dandi sibi de alio terreno communis pro predicto.

5

Περὶ ἐπισκευῆς τοῦ λιμένος Χάνδακος καὶ γνωμάτευσις τοῦ τεχνίτου Φραγκίσκου Μάρκη. 1333, Αὐγούστου 19.

Fo 23 N° 170. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XVIII Augusti.

Consilium nobilium uirorum dominorum Johannis Gradonico, Marci Justiniano, Nicolai de Pesaro et Francisci Dandulo super aptatione portus Candide tale est:

5 Capta. Quod uisis et diligenter examinatis statu et conditione portus Candide atque audito magistris Francisco a Barchis oretenus et suo consilio infrascripto in scriptis exhibito, mature et pleniore examinato, et super ipso suo consilio pluries habita colatione et disputatione cum multis discretis hominibus maioris, cum illis scilicet qui haberi potuerunt Venetijs qui magis conuersati sunt in Creta, et laudandibus omnibus laboreria predicta que consulit magister Franciscus predictus, uidetur omnibus sapientibus suprascriptis quod uale putant pro dicto portu quod fiant ipsa laboreria per suprascriptum magistrum Franciscum consulta. Et ideo consulunt quia portes posset hac hyemene fieri, quod mandetur duche et consiliarijs Crete quod hac hyeme, faciant incidi de lapidibus pro dictis laborerijs 10 quam plus possunt et furniri bene inde faciant de curribus* bobas,† et omnibus opportunis sic ad plenum quod ad tempus nouum predicta laboreria possint lau-

* Χειράμαξαι.

† Μηχανήματα πρὸς μεταφορὰν ὕλικου.